

Dissertationes in hoc volumine contentae.

1. Positiones quaedam Juridico-Politicae d'ubiq; quas p'sit Henrico Grosse, J. V. D. publice venatori commissi Jacoby Clemens. Vratislav. Siles. Wittebergae.
2. Conclusiones aliquotae propositae a Daniele Kibal sc., et fensae a Gotfrido Martini Forg. Heidelbergae.
3. Positiones et inculpatae tutelae, quas disputandas proposuit Leopoldy Haselmann. J. V. D. Resp. Bernharde ab Arnim. Eq. March. Lips.
4. Dissut. et Factis, quam p'sit D. Wilhelmo Schmuken et fensae Wilhelmo Müller. Hamburgo Lipsia.
5. Dissut. ad l. Transigere. 18. C. et Transactionibus, quam Conradus Capponig J. V. D. Resp. Christiano Capponio Collic. Misn. Siles. Wittebergae.
6. Positiones ex eadem l. 18, quas placida collari Lubicis Franciscy Romang. J. V. D. Resp. Christiano a Brandenstein. Lipsia.
7. Assertiones de Servitutibus realibus, quas examinandas proposuit Friedrich Georgij. J. V. D. Resp. Philippo Lockmann. Dorv. hensi. Lipsia.
8. Dissut. et dolo, quam p'sit Valentino Dienero. sc., publice examini subiecit Magno Polyan. Hannover. Zene.
9. Dissut. et Probationibus, quam p'sit Conrado Capponio J. V. D. publice examini exhibuit Henricy Schabbe. Wismar. Me., Gapol. Wittebergae.
10. Dissut. et Fidei Testamento, quam p'sit Orsholpko Formanno. sc. Siles. Johannes Christophory Aremann. Zene.

88. 34

SUCCINCTA ADUMBRATIO
MATERIÆ,
De

Cefsione Jurium,

Quam

D. O. M. A.

*Decreto & auctoritate Amplissimi Ictorum ordinis in al-
ma Wittebergensium Academia*

SVB PRÆSIDIO

Viri Consultissimi, & Clarissimi,

Dn. HENNINGI Grossen /

**U. J. D. Prof. Publ. Curia Electoralis, Facultatis Ju-
ridicae Wittebergensis & Judiciæ Provincialis in inferiori Lu-
satia Adfessoris meritissimi, Dn. Præceptoris ac Promo-
toris sui ætatem summè colendi.**

**LOCO DISPUTATIONIS INAUGURALIS
Pro summo in utroq; Jure Doctoratus gradu &
Privilegiis consequendis.**

*Ad diem 3. Aprilis, in auditorio majori horis antè- & pome-
ridianis discutiendam.*

Publicè proponit

TOBIAS MEVIUS Jütrebocens. S.

WITTEBERGÆ,

Typis Hæredum SALOMONIS AUERBACH, Acad. Typogr.
ANNO MDCXXX.



V I R I S

*Admodum Strenuo, Nobilissimo, insigni Do-
ctrina, Experientia ac Virtutum splen-
dore conspicuo,*

Dn. JOHANN-CHRISTOPHORO
ab Ebeleben in Wartenburg/

NEC NON

*Consultissimo, Clarissimo & Excel-
lentissimo,*

Dn. BALTHASARI HENCKEN
J. U. D. & Practico apud Stetinen-
ses eximio.

*Dnn. Patronis, Fautoribus ac Cognato
singulariter observandis,*

Hanc inauguralem, ex sincero &
pro favore oblato necessita-
tisque conjunctione affectu
debito

Dedicat & offert

TOBIAS MEVIUS.



IN NOMINE DOMINI NO-
STRI JESU CHRISTI.

THESIS I.



Cessio jurium, vulgò actionum
dicta, est modus transferendi jus prosequendi
suum in alium, etiam invito & ignorante eo,
adversus quem competit. *l. Modestinus 76 ff. de
solut. l. 22. & 23. C. mandat. l. 3. C. de her. vel act.
vend. l. 1. C. de novat.* Peregrin. Jannin *de cit.
real. lib. 2. c. 2. n. 82. Praxis Papiensis in form. libel. in caus. vend.
gloss. 8. n. 2. Donel. 15. comm. 44 vers. Cessione.*

II.

Exulat igitur ab hâc nostra consideratione: *Cessio, in jure
dicta*, olim frequens, hodie usu destituta, de qua Ulp. *in frag.
tit. de domin.* Donel. *4. comm. 19. & 11. com. 10.* Brillon. *de verb. sig.
lib. 3. verb. cessit.* *Cessio bonorum*: *Cessio judicialis* de jure Saxon.
die Aufflassung vor gehegter Banc: *Cessio servitutum, pro consti-
tutione* legibus usitata: *Cessio diei, accessorii* & quæ vel nomine-
tenus tantum vel abusive dicuntur, ut aliquando etiam *delegatio*
apud Peregr. Jannin. *d. loc.*

III.

Modus & potestas hæc transferendi jus suum in alium
in initio liberrimo jure munita fuit *l. 1. C. de novat. l. 3. C. de hered. vel
act. vend.* ut quovis modo & pro cujusq; libitu transferre totum
jus licuerit: idq; per rationem ex *§. per traditionem 41. Inst. de rer.
divis: & l. 21. C. mandat.*

IV.

Per Constitutiones verò *in l. 22. & 23. C. mandat.* non
nihil limitata est. Constitutum enim deprehendimus primum

A 2

ab

ab Imper. Anastasio in d. l. 22. ad evitandas redemptiones alienarum litium; si quis datis pecuniis subierit cessionem, quod non debeat valere, nisi ad quantitatem usq; solutarum pecuniarum & usurarum: exceptis quatuor causis ibidem recensitis, in quibus ob necessitatem, quæ subest, vitium redemptionis litium non præsumitur; sed in iisdem, ut & ex donatione & aliis causis licitis facta cessione antiqua jura & libertas ceden- di servanda relinquatur, d. l. 22. per tot.

V.

Cui Constitutioni quia machinationes struebantur, Imper. Justinianus ejus prohibitionem ampliavit dispo- nendo, quod Cessio partim titulo emptionis, partim verò donationis facta, debeat pro simulata haberi, & quo ad par- tem donatam invalida esse: cum adjecta pœna, ut ex superfluo, quod re ipsa persolutum non est, nec ei qui cessit, nec qui actio- nes suscepit aliquid lucri fiat vel remaneat. Id quod simul extenditur, ad eum casum, ubi donatio totius debiti quidē ce- lebratur, sed per simulationem occultè quid susceptum fuit: *disertis verbis d. l. 23. C. mand.*

VI.

Prohibitæ igitur & limitatæ censentur omnes cessiones, de quibus non constat, re ipsa partem vel totum persolutum, & omnia re verâ nihil occultè, simulatè aut per machinationes gestum; aut etiam de quibus præsumi potest, animo redimendi lites & alios vexandi factas esse. Ita Giphani, *ad dd. ll. paulò a- luter Donel. ad easd. & Ant. Fab. 12. Conie: 12. vid. & Sichard. ad easdem & Dd. comm.*

VII.

Ad hanc prohibitionem determinandam communiter re- censerentur Cessiones licitæ & libertati antiquæ relicte: nec non conjecturæ & præsumptiones, ex quibus cessio simulata, vel animo redimendi lites aliosvè vexandi causa facta detega- tur, *ex l. d. 22. & 23. C. mand. cum ampliat: & limitat: quas ma- ximâ partem videre licet ex Speculat. Gabriel. Menoch. Ant. Fab. & aliis apud Berlich. decis. 32. & 33.*

8. Ve.

IIX.

Verum quia quam plurima circa hanc rem in facto sunt posita, religioni & prudentiæ judicis, qui, cui cessio facta, an rabela, an ei qui flagitaverit & eam artem factitare solitus est, nec non similia circumspicere debet, multum hic committendum tradit Giphani. *ad d. l. 22. C. mand.*

IX.

Quia etiam de vera numeratione & debito, quod cessione subesse prætenditur, nonnunquam dubitatio suboritur, quæri solet: An confessioni cedentis jurata, se esse debitorem, standum? Et R. Ant. Fab. *in suo Cod. sufficere hanc probationem, nisi adversarius oneret se probatione, quod cessio sit simulata lib. 4. tit. mandat. def. 20. n. 12.*

X.

Sufficere tamen potest, si fides initiò de precio solvendo habita sit, precium aliquando solutum esse; quamvis non valeat cessio sic facta, ut cessionarius post victoriam litis precium solvat cedenti. Ant. Fab. *in Cod. suo d. loc. def. 21. & 23.*

XI.

De superfluo, in quod cessiones irritæ fiunt, quæritur, cui cedat? Eo casu, quo creditor in fraudem legis vel aliàs alium vexandi causa cessit, ut fraudis non sit expers, lucro debitoris cedere: reliquis verò casibus saluum manere creditori R. Giphani. *ad d. l. per verb. sed omne quod superfluum est & c. l. 23. C. mand. vid. & Berlich. decis. 35. per tot.*

XII.

De quæstione, an cessio ex prohibitione invalida juramento confirmari possit? vide alleganda in *Decisione Berlichii 34. per tot. nos accedimus negativæ.*

XIII.

Hactenus commemorata ex Constitutionibus in odium redemptorum alienarum litium factis, fluunt. Quas *Mandatum Electorale de Cessionibus de dato 1. Februar. Anno 1614,* quo ad has provincias confirmat;

Daß des Anastasii vnd Justiniani ganz heilsame Constitutiones de Cessionibus actionum in guter Auffacht gehalten/ vnd denselben in sprechen vnd erkennen præcisè nachgegangen werden sol.

XIV.

Ut autem in casibus licitis Cessiones ritè & legitimè fiant, ante omnia attendendum est ad personas quæ cedunt & quib9 cessio fieri debet. Quæ communiter determinantur ex iuribus communibus de iis, qui alienare & acquirere possunt, cum Cessio nihil aliud sit quàm species alienationis, quæ jus nostrû transfert ad alium, ut revocari non possit *l. ult. C. de hered. vel act. vend. l. 55. de procurat. l. 1. C. de obl. & act.* & quia communiora, à proposito & ratione instituti nostri non nihil aliena, remittimus ad Joan. de Garfis *de cession. §. 2. & 4.* Jacob. de Arena *de Cessione Rubric. 3. & 5.* Prax. Papiens. *in form. libell. in caussa vendit. gl. 8. n. 13. & seq.* Coler. *de process. exec. p. 2. c. 2. n. 53.*

XV.

Singulariter hic notanda insignis limitatio ab *Imperat. Justiniano in Nov. 72. c. 5. & auth. minoris C. qui dar. tut.* introducta, quod nemo tutoribus vel curatoribus ulla actiones adversus pupillos vel minores eorum cedere, nec hi ullo modo eas suscipere debeant; sub hac pœna, ut actionem cessam & is amittat, qui cessionem fecit, & ipse quoque tutor exercere non possit; sed tota cedat pupillo vel minori. De quo Rittershus. *ad Nov. p. 8. c. 5. n. 11. & seqq.* Munnoz, *de Ratiocin. cap. 23. num. 59.*

XVI.

Et illud huc pertinere videtur, an duobus actio una in solidû cedi possit? Et dicendum, quod actio utilis uni cessa alteri cedi non possit: exercitium verò directæ actionis per constitutionē procuratoris in rem suam alteri cedi posse, cum hoc effectu, ut melior conditio sit prævenientis *l. pluribus 32. ff. de procurat.* & huic procuratori solvi possit, nisi præclusa sit via per unum ex tribus casibus positis *in l. 3. C. de novat.* de quibus & *infr. ib. 47.* Joan. de Garfis *d. §. 4. n. 7.* Tretnacing. *lib. 3. resol. 15.*

XVII.

Insuper & attendendum, ut jus, quod in cessionem deducitur, sit cessibile seu ex re cessibili descendat. De quo regula vulgaris circumfertur, quod omne cessibile sit transmissibile: & quodcunq; transmissibile est, cessibile quoq; sit. Peregrin. Jannin. de cit. real. lib. 2. c. 2. n. 67. per l. 42. ex plurib. de adm. tut. & allegatos. Dd.

XIIX.

Verum notat Zoanet. in tr. de empt. & vendit. n. 7. circa questionem an jus redimendi cedi possit: & Tiraquel. tom. 3. de retra: lignag. §. 26. gl. 1 n. 47. 48. non procedere regulam nisi negative per d. l. 42. ex plurib. ita ut, quodcunq; transmissibile non est ad hæredes, nec cessibile sit: ast quæ transmissibilia quidem sunt, non statim sunt cessibilia; quia aliquando personæ cedentis ad eò adherent, ut eam non egrediantur; aliquando interesse tertii in eo versatur, vel ipsa natura juris cessionem impedit, de quibus quia certa regula tradita non est, singula videantur apud Tiraquel. d. loc. tom 3. n. 1. 45. & quadraginta sex seqq. hic ea sigillatim prosequi rationem instituti excedit.

XIX.

Illud commune est, quod actiones cujuscunq; generis & jura cedi possunt, etiam per cessionem acquisitæ l. ult. C. de her. vel act. vend. l. 49. de V. S. & l. 1. C. si pig. pig. dat. junctâ l. nomen. 4. C. que res pig. obl. Donel. d. c. 44.

XX.

Deniq; quod ipsum esse tribuit cessioni, requiritur consensus & voluntas expressa partium, cedentis nimirum & cessionarii, conjunctus cum justa causa transferendi, similiter planè ut sit in dominiis rerum transferendis l. nunquam 31. ff. de acquir. rer. dom. Donel. d. c. 44 lib. 15. comm.

XXI.

Illud modò interest inter translationem domini inter vivos, seu rerum, & translationem jurium seu Cessionem, quod illa præter consensum & causam etiam traditionem requirit

quirit *d. l. nunquam 31. §. per traditionem Inst. de rer. divis. & l. tradi-
tionib. C. de pact.* In hac verò nuda voluntas dantis & accipien-
tis sufficit *l. 5. 7. 8. C. de hered. vel act. vend. Donel. d. l.*

XXII.

De voluntate verò hac, cum primis cedentis, adeò consta-
re debet, ut non sufficiat instrumentum debiti à creditore ali-
cui contra principalem vel confidejssores traditum esse; a-
ctio enim ex eo cessa nondum videtur. Ronchegal. *pr. l. 3. n. 81.
de duob. reis Coler. de process. exe. p. 2. c. 2. n. 87.* sed debet, qui a-
gere vult antea docere cessionem legitimè factam, quemadmo-
dum pronunciatum testatur Moller, *2. semestr. c. 20. n. 3.* ubi & *n.
fin. tradit:* si instrumentum cessionis in probationem produ-
ctum aliquà suspicione laborare videatur, quod iudex ex cir-
cumstantiis reum absolvere possit.

XXIII.

Titulus vel causæ justæ hoc loco dicuntur, quæ aliàs ad
transferendum dominium sunt idoneæ: ut si creditor nomen
in dotem dederit *l. 2. C. de obl. & act. si dederit creditori suo in
solutum l. 6. C. d. t. l. ult. C. quand. fisc. vel prin. Si legaverit l. 18.
C. de legat. si cui donaverit l. 2. C. de donat. l. 22. C. mandat.*

XXIV.

Peculiariter verò hic transferendæ actionis causæ idonea
est pignoris *l. 4. C. quæ res pig. obl. l. 7. C. de her. vel. act. vend. Do-
nel. d. c. 44.*

XXV.

Et titulus hic adeò necessarius est, ut etiam ab initiò de-
ficiens & post cessionem superveniens nec quicquam profit.
*Bl. in l. 2. col. 2. v. 3. præsumitur C. ne lice: potent. Moll. lib. 2. semestr.
c. 20, n. 2.*

XXVI.

Ideoque ex ea cessione, quæ causam nullam habet, a-
ctionem cessionario nullam competere, si proprio nomine
agere velit: si tamen ex cedentis persona & mandatis actioni-
bus directis experiri malit, cum tanquam simplicem procu-
rator

torem audiendum esse tradit Anton. Fab. in suo Cod. lib. 4. tit. mandat. defn. 30.

XXVII.

Mandatum Electorale de Cessionibus in his provinciis præter hæcenus enumerata & hæc requirit: 1. Daß ein Unterpfand/ so mit des Lehnherrn Consens auff ein LehnGut verscrieben/ einem andern ohn anderweit neuen Consens nicht könne cediret werden/ 2. Daß in gemein keine Cession für kräftig zu achten/ es sey denn dieselbe coram iudice vollzogen vnd actis publicis insinuiret: *Exceptis iis cessionibus quæ inter mercatores, plures fidejussores, fidejussores & creditores & in similib. casibus fiunt.* 3. Daß causa & quantitas debiti nicht allein gesehet/ sondern auch coram iudice richtig dargethan vnd bescheiniget werden solle/ 4. Weil der Notarien hin vnd wieder eine grosse menge/ deren ehliche gang vngeschickt/ etc. die Zeugen auch oftmals die Sache nicht verstehen/ daß die jenigen Cessionen. so vor Notarien vnd zweyen Zeugen/ oder auch vor dreyen Personen allein ergangen/ nicht mehr gültig seyn sollen.

XXIIX.

Ad cessionem verò juris, ex Aresto Saxonico quod consequimur, requiritur vermöge der Neuen GerichtsOrdnung tit. von Arest. s. fin. daß dergleichen Cessiones allwege mit Consens vnd Nachlassung der Gerichte/ vor welchen der Arest angeleget/ vnd (conjunctim) darunter die Güter gelegen/ geschehen sol.

XXIX.

Voluntas, quam ad transferendum hic sufficere diximus, aliquando nuda intervenit; aliquando conjuncta cum mandato. Hinc cessio duplex fieri dicitur: alia *simplex*, seu *ex nuda voluntate*, per quam transeunt & Cessionario competunt actiones tantum utiles, quæ exercentur ex persona & nomine Cessionarii: alia *mandatis actionibus*, per quam Cessionarius actiones etiam directas accipit, easq; ex persona cedentis, nomine tamen suo & in rem suam exercere potest l. 5. & 8. C. de hered. vel act. vend. l. 18. C. de legat. l. ult. C. quand. fisc. vel privat.

B

3. Et

XXX.

Et cui mandantur actiones dicitur aptè in l. 8. C. de her. vel act. vend. l. 8. §. 2. l. 35. de procurat. procurator in rem suam. Quia enim juris ratio non patitur, ut actiones directæ ad eum, à quo acquiræ non sunt, rectâ transeant, adeò enim ossibus nostris adhærent, ut loquitur cum interpp. Anton. Fab. 12. conject. 2. pr. obliqua in eunda fuit via, per quam ex ipsæ, quas cedens habet, mandarentur. dd. ll. 18. C. de Legat. & ult. C. quando fisc. vel privat. Donel. d. c. 44.

XXXI.

Ast verè mandatum hic non versatur, cum mandatarius rem propriam gerat l. 9. C. de procurat. & nec actiones hac ratione mandatæ revocari possint ex pœnitentia l. 55. ff. de procurat. nec morte mandantis finiantur l. 1. C. de O. & A.

XXXII.

Distinguitur aliàs Cessio in merè arbitrariam, quæ ex solo & libero volentis rem in alium transferre placito proficiscitur: & necessariam, quæ impellente juris necessitate & per oppositam exceptionem cedendarum actionum exigitur. Qualiter uno ex tutoribus in solidum condemnato, hic potest non solvere, donec sibi cedantur actiones adversus reliquos tutores. l. ex pluribus 42. ff. de administr. tut. l. 1. §. 13. ff. de tutel. & ration.

XXXIII.

Quamvis autem etiam Cessione non factâ, nec mandatis actionibus utilis actio tutori adversus contutorem ipso jure detur, d. l. 1. §. 13. id tamen singulariter hic ob favorem pupillorum concessum est: cæteris verò pro aliis solventibus non tribuitur. Ideoq; iis præcipuè, qui pro aliis solventes, adversus eos neque actiones proprias habent, neq; à creditore ipso jure transeuntes succurritur hac necessitate cedendi, oppositâ exceptione cedendarum actionum.

XXXIV.

Hi sunt Confidejssores, ex quibus alter pro altero solvens, adversus eundem experiri non potest, nisi creditor actionem suam cesserit solventi l. ut fidejssor. 39. ff. de fidejuss. l. cum alter

alter. ii. C. eod. cum gl. & Dd. Heig. p. i. q. 38. n. 1. & 5. Hartman. Pistor. p. i. q. 48. n. 1. & 3.

XXXV.

Hæc exceptio cedendarum actionum inter privilegiatas numeratur, itaque semper, etiam in ipsa executione eam opponi posse, tradit Heig. *d. q. 38. n. 7. cum. Dd. multis.*

XXXVI.

Opponi verò & Cessionem peti ante solutionem creditori factam, & re adhuc integrâ : aut pactum de cedendis post solutionem actionibus statim in solutione, vel in continenti post eam interponi debere, *per text. in l. ii. C. de fidejuss. l. 39. ff. eod. Dd. tradunt cum Heig. d. q. 38. n. 10. & Coler. de proc. exe. p. i. c. 10. n. 417. propterea, quod solutione unius, ceteri liberantur l. 76. ff. de solut. & hac ratione post solutionem factam creditor nec habet, nec cedere potest actionem.*

XXXVII.

Placet tamen sententia ipsius Heigii *d. loc. n. 15. & 23. cum seqq.* fidejussorem etiam ex intervallo post factam solutionem, ab invito creditore Cessionem petere & impetrare posse. *per l. 36. ff. de fidejuss. & rationem quod fidejussor solvendo magis de se & sic obligatione accessoria, quam de principali liberando agat: qua de re & Hart. Pist. observ. 157.*

XXXVIII.

Renunciari huic exceptioni cedendarum actionum cum effectu posse, verum est : ita tamen, ut renunciatio sit specialis; cum generalis in hoc casu minimè sufficiat, præsertim de praxi, quam testatur Coler. *de proc. execut. d. c. 10. p. i. num. 434. & seqq.*

XXXIX.

Potest autem, non obstante renunciatione, nihilominus solvens Cessionem à creditore exigere, per rationes *ex l. si servos 25. ff. de pignor. act. & l. in creditore 38. de evict. ab Heig. d. q. 38. n. 41. & 47. cum præjudicio, & aliorum Dd. testimonis, num. 59. allegatas.*

XL.

An autem Cessio solventi adversus confidejssores in solidum, an verò pro rata tantum fieri debeat, non nihil disceptatur. Cum Coler. *de proc. exec. p. 2. c. 2. num. 12. 17. 18. & seqq.* concludimus in solidum fieri debere, ubi beneficio divisionis renunciatum sit ob singularem effectum ibidem annotatum: aliàs verò tantum pro rata: vid. & Hartmann. *Pist. p. 1. q. 48. per tot.*

XLI.

In cæteris casibus, ubi alter alteri actiones cedere compellitur, quod fieri solet inter socios: hæredes & legatarios ut & fideicommissarios: inter negotiorum gestorem & dominum: correos &c. tanta necessitas non est, cum partim conventio aliqua arbitraria præcesserit; partim aliis, non cessis actionibus iis prospectum sit. Quæ videri possunt in quacunque horum materia & apud Joan de Garfis §. 6. Jacob. de Arena *de Cessione Rubr. 6. & Trendacing. lib. 3. resol. 13.*

XLII.

Cessionis legitimè factæ vis ac effectus potissimum in translatione juris consistit, quæ tamen conjunctas habet nonnullas præstationes, ex causis, quas requiri ad quamlibet Cessionem supra diximus. Donell. *d. 15. Commen. 44. & 18. Comm. 13.* Peregrin. Jannin. *de citat. real. lib. 2. cap. 2. num. 76.*

XLIII.

Transfertur in Cessionarium ejus juris, quod penes cedentem fuit persecutio, & utilis quidem semper; ubi verò mandata simul fuerint actiones, directæ quoque, suo tamen modo. Hoc in certis casibus non vi cessionis fieri, sed ipso jure; ut *in nomine vendito; in dotem, insolutum ut & pignori dato; legato; donato, praxis Papiens: nec non tract. Cessionum incerti auctor: asserunt, verum potius dicendum, hoc ex virtute consensus in his actibus expositi & aliàs ad Cessionem sufficientis fieri, quam ipso jure sine cessione per l. 22. & 23. C. mandat.*

44. Utiles

XLIV.

Utiles actiones absolute fiunt Cessionarii propria, *l. ult. C. quando fisc. v. el priv. l. fin. C. de her. vel act. vend.* Mandata vero seu directæ, quamvis ex cedentis persona pari ratione cessionarii propria censeantur *dd. ll. & l. 9. C. de procur.* illud tamen interest, quod si mandator decesserit sine herede, evanescent, & cessionario non nisi utiles exercendæ supersunt, *d. l. 1. C. de obl. & act.*

XLV.

Ex his facile colligere licet hic supponendum, quod nec ratio juris aliter patitur: transire quidem actiones utiles, ut & directas suo modo ad cessionarium, nihilominus tamen utilibus tantum cessis directas planè non transire, sed apud cedentem manere; directis mandatis eas ex persona cedentis exerceri, & ob id personæ mandantis adhuc inhære *l. 3. C. de novat.* Unde & cedentem illis adversus debitorem suum, qui nondum liberatus est, uti posse, non uno in loco traditur, *ut l. 3. C. mand. d. l. 3. C. de novat.*

XLVI.

Res igitur ita hic se habet: quodcunque juris habuit creditor cedens, id cessionarius exercere potest, ita ut debitam quantitatem liberè exigat, & debitorem quovis modo liberet, cū cessionarius verè sit creditor, de quo plurib. Peregrin. Jannin. *d. loc. n. 2. & 3.* modò ne cedens impediatur per id quod penes eum directæ actiones permanserunt, ex quibus experiri potest, & pecuniam exigere, vel etiam cum debitore liberandi causa transigere, aut solutionem à debitore spontè factam accipere, *l. 3. C. mand. l. ult. ff. de transact. Donell. d. 15. Comm. 44. Peregr. Jannin. d. loc. n. 12.*

XLVII.

Ne itaque ex actionibus his directis per subtilitatem juris penes cedentem remanentibus liberum ei relinquatur, effectus juris cessi pro lubitu impedire, circumscripta est hæc potestas impediendi *l. 3. C. de novat.* quod nihil operetur, ubi inter-
venerit à partibus cessionarii *litis contestatio; exactio partis debiti; aut denunciatio,* per quam certior fiat de cessione facta debitor

secundum verba, l. 4. C. quæ res pign. & Br. ibid. Peregrin. Jannin.
d. loc. n. 13.

XLIIIX.

Quibus generaliter addendum, quod directæ actiones pe-
nes cedentem sitæ inefficaces fiant statim, atque res non am-
plius est integra, quod tum quoque fit, quando debitor etiam
aliunde, certò tamen cognoverit, cessionem esse factam, sibi
alium creditorem appositum, & propterea cedenti se sine præ-
judicio cessionarii solvere non posse, per l. ult. ff. de transact. Do-
nell. d. c. 24. cum Bart. ad l. si cum emptore 16. ff. de pact. Diss. A. Fab. 17.
Conj. 3. & Curt. 3. con. ad fr. 19.

XLIX.

Rebus adhuc integris, ubi concurrunt in exigendo vetus cre-
ditor & is cui actio cessa, placet præferri eum, cui actio cessa, per
l. procurat. 55. ff. de procuratorib. & quod tum quoque ante solutionem
certioratio seu denunciatio intervenit, quæ veterem credito-
rem excludit, l. 3. C. de novat: modò Cessionarius & ejus denun-
ciatio interveniat ante litem contestatam, cum lite contestatâ
actio suscepta perpetuetur, l. ult. in fin. de fideicom. tut. & per ean-
dem vetus creditor novam judicati actionem acquirat, l. 3. §. II.
ff. de pecul. Donell. d. loc. cum A. Fab.

L.

Re verò non amplius integra nec cedens impedire, nec
debitor solvendo veteri creditori liberare se potest ab utilibus
cessionarii actionibus, d. l. ult. ff. de transact. & l. 3. C. de novat: sed si
à cedente urgeatur debitor exceptione doli turus esse; vel si
quid persolverit conditione ob causam repetere potest, Do-
nell. d. loc.

LI.

Unde consequens est, novum creditorem sine ullo peri-
culo jure sibi cesso uti & pro lubitu cum omni causa & acces-
sione exigere posse, ita ut parata executio ei sit, quoties credi-
tori priori competiit. Parlador. 2. rer. quotid. c. fin. part. 5. §. 4. n. 5. &
quoties ad creditoris instantiam potuisset procedi ad captu-
ram

ram sine citatione, idem fit quoque in eo. Ant. Massa, lib. 3. de exerc. Jurisperit. n. 45. Per. Jann. d. l. n. 1. cum multis ibid.

LII.

Quod tamen non nihil variat: tùm enim, quando ex sua persona utilibus experitur actionibus, nihil amplius petere potest, quàm quod in re debetur, privilegio autem personæ cedentis non uti: tum verò quando, mandatis actionibus ex persona mandantis agit, ejus quoque jure & privilegio uti non prohibetur, l. 5. C. de hered. vel. act. vend. nisi intransmissibilitas juris vel privilegii ad hæredes non transeuntis impediatur aliquid. Peregr. Jann. d. l. n. 70. quam restrictionem paulò aliter tradit Donell. d. cap. 44. per l. 47. ff. de admin. tut. l. 1. §. 13. ff. de tutel. & ratiõ.

LIII.

Quæstio alicujus momenti hic movetur: An exceptio compensationis, aliave, quâ cedens repelli potuit, objici possit cessionario? In tantum hic facimus cum Anton. Fabr. 12. conject. 9. & Tessaur. decis. 22. ut dicamus de exceptione in genere: si cessionarius agit utilibus ex propria persona actionibus, obstare ei tantum exceptiones, quæ sunt in rem, ut puta pacti, jurisjurandi, simulationis, rei judicatae &c. per textt. & Dd. ab eod. alleg. quæ verò in personam competunt, ut doli mali, ita demum si causam habeat lucrativam, non si onerosam, l. 2. §. 1. l. 4. §. 28. 29. 31. 33. l. 5. §. 5. ff. de dol. mal. exc. Si verò agat ex cedentis persona obstare exceptionem eam quoque, quæ in personam cedentis objici potest, modò ex ipso negotio, de quo agitur, proficiatur, nec ratio non habeat locum in persona cessionarii; quod aliquando evenire potest, l. ult. pr. C. de jur. dot. Castr. ad l. 76. n. 1. in fin. ff. de solut.

LIV.

Quod ad compensationem, verius est eam Cessionario perinde atq; cedenti objici posse; cum ipso jure minuat actiones, §. in bona fid. Instit. de act. l. ult. C. de compens. & solutionis vim obtineat, l. 4. & seq. l. 12. C. de compens. l. si ambo 10. ff. eod. Ant. Fab. d. l.

LV. Et

LV.

Et hoc non nihil difficultatis habet: *An in causa reconventionis Cessionarius cedentem defendere cogatur?* quod videre licet apud Ant. Fab. 12. *conject.* 10. & Donell. 18. *comm.* 13. propter l. 33. §. *fin.* l. seq. & l. 70. ff. *de procurat.* Sed Cessionarium ad defensionem non teneri, nisi vel ex negotio fraudulenter gesto, vel ut procurator in rem ex causa lucrativa non necessitate constitutus agat, asserendum putamus per *dd.* ll.

LVI.

Procuratore autem in rem vice mutuâ nomine domini conventum compensare suo nomine posse, quod domino actor debet, Cujac: 24. *obs.* 37. tradit.

LVII.

Ex causa, quæ cessionis subesse debet, si onerosa est, cedens tenetur præstare debitorem verum seu sine exceptione efficaciter obligatum, l. 4. ff. *de her. vel act. vend.* Locupletem verò debitorem præstare vel de eviçtione regulariter non tenetur, de quo vid. Hartm. Pift. *observ.* 212. Peregrin. Jann. d. l. n. 77. Marca-brun. ab Anguil. *cousil.* 63. n. 15.

LIX.

De Formis instrumentorum super cessionibus & notis ad easdem, vid. *Speculat. sub hoc tit. lib. 2. partis. 1.* Summ. Roland. p. 1. 6. 4. *Rubr. de cession.* & Alexand. ab Aquil. *in speculo c. 4.* ex quibus nonnullas transcripsit Peregrin. Jannin. *ad calcem d. cap. 2.*

Nobis pro aliquali *οικιαρχαφια* hæc sunt: singulorum, quam merentur uberiores & solidam, in futurum ad tempus commodius reservatur
pertractatio.

GLORIA

DEO, à quo solo omnia.


Principes dissidii religionis an in casu necessitatis ad defensionem
clā reip. mūtua fortia, illorum conscientia inire possint.

diss. 2. posit. 12.


Princeps orthodoxus an aliorum populorum in legitimo iure
sustrahi pressorum, curam aliquam gerere, eosque legitime
defendere possit. diss. 2. posit. 14.

Q

Religionum dissidias an in rep. bene constituta sistole
randa. diss. 2. posit. 16.







AB: 153 709

X2615956

Retro ✓

VD17



Inches

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

34

ADUMBRATIO
ERIAE,

Jurium,

M.

M. A.

lissimi Ictorum ordinis in al-
gum Academia

ÆSIDIO

i, & Clarissimi,

NGI Grossen /

Electoralis, Facultatis Ju-
ii Provincialis in inferiori Lu-
Dn. Præceptoris ac Promo-
summè colendi.

ONIS INAUGURALIS
re Doctoratus gradu &
onsequendis.

io majori horis antè- & pome-
discutiendam

proponit

IUS Jütrebocens. S.



BERGÆ,

S AUERBACH, Acad. Typogr.
DC XXX.